



## **Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina**

**Pirhing, Ehrenreich**

**Dilingæ, 1690**

§. III. Qualis culpa, sive negligentia præcedere debeat ad incurrendam irregularitatem, quæ oritur ex homicidio casuali facto ab eo, qui operam dedit rei licitæ?

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

## §. III.

*Qualis culpa, siue negligentia  
præcedere debeat ad incurrendam irregu-  
laritatem, quæ oritur ex homicidio  
casuali factò ab eo, qui operam  
dedit rei licitæ?*

**L** Atam culpam juridicam, seu crassam negligentiam sufficere ad incurrendam irregularitatem, docent plerique omnes, cum in casu talis negligentie, quam homines mediocriter prudentes adhibendam putant, satis voluntarium censetur homicidium; & quamvis putent aliqui ex *c. Continebatur. §. h. r.* de levi juridica culpa etiam probari posse, quòd, si ea, in præcavendo homicidij periculo, intervenit, irregularitas incurratur, & velint etiam ob culpam juridicam levissimam, non quidem in omitendo, si tamen in committendo hæc admittatur, incurri ex homicidio casuali irregularitatem; alii tamen probabilius pro irregularitate ex culpa levissima incurra, nihil in jure reperiunt, & sunt etiam qui nec pro culpa juridica levi statutam irregularitatem putent, propter Glossam in *c. Quæsitum de pœnitent. V. Negligentibus*, si quis operam dedit rei de se licitæ, & velint ad incurrendam irregularitatem hanc in foro conscientie requiri veram culpam Theologicam gravem intervenire, cum tales pœnæ spirituales non incurrantur à privatis, nisi propter peccatum grave.

3(X)50

## §. IV.

*An, & in quibus casibus, qui dedit operam rei illicitæ, siue prohibitæ, ex ipsa sequitur homicidium, siue irregularis, quamvis omnem diligentiam adhibuerit ad illud vitandam?*

**S** Uur, qui putant, semper incurri irregularitatem ab eo, qui dedit operam rei illicitæ, & periculosa, si homicidium ex ea sequatur, ob varia juris capita, & sunt, qui putant, nunquam ab his incurri irregularitatem, si diligentiam debitam adhibuerint ad præcavendum homicidium, quamvis illud præter opinionem agentis sublequatur, quia non apparet, quomodo in tali caso voluntarium dici possit homicidium tale. Probabile tamen media sententia est, quæ pro & juris capita habet, & rationem modè allatam, scilicet incurri ab illis irregularitatem, qui operam dederunt rei licitæ ex se, & natura sua, cum propinquo periculo mortis conjunctæ, quamvis debitam ad hanc præcavendam diligentiam adhibuerint, si mors ex ea actus irregularis, non fore autem irregularis, qui actioni quidem prohibitæ operam dederunt, ex se tamen cum periculo propinquo mortis non conjunctæ, si diligentiam debitam ad hanc præcavendam adhibuerint, etiam si per accidens aliquando mors ex tali operatione sequatur, sicut enim in priore casu licet apparet, quomodo voluntarium sit homicidium, si indirectè, homicidium, dicitur causam ponunt voluntariè, quæ ex se natura conjunctum habet mortis periculo.